

1511. a. 23. Martij

Sigism: 1. Rex Polon: Vladislao Regi
Hungarie et Bohemie de Legatis ad aulam
Moschi mittendis.

38

Carissime Sr. Accepimus Lras Vre mlti quibus nos reddidit certiores, quod Emericus Robar, quem ad Legationem obeundam apud Ducem Moscovie cum Nris ac Bohemii Vodie Valachie Oratoribus Vra Mittas designaverat, penes Eandem existat paratusq; sit ad obeundam eandem Legationem, si opus est, et nobis ita videatur. Carissime Dne Rex Oratoris Eiusdem profectio si tempestive facta esset, rebus Vojevoda Valachie ex usu esse potuisset. Tamen tardatum est. Nam nec nos Nros Oratores commode ductius remorari potuimus, nec Orator Vojevoda, quem Tribus fere mensibus hic tenuimus expectare voluit. Ergo iam ex re non est ut Orator Vre mlti illuc proficiat, et impensam ac laborem perdat. Datum Craovie 23. Martij
A. 1511.

